



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

SS. Paulus & Juliana MM. 17. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

17. Aug. VITÆ SANCTORUM. 511
generi respondeat ; ne iterum ad terrena
descendens ad tanti genitoris tendat inju-
riam. S. Pet. Chrys. serm. 68.

SS. PAULUS & JULIANA MM.
17. Augusti.

Ptolemaidem urbem Aurelianus Im-
perator ingrediebatur, Christianos,
si ita Diis placeret, triumphaturus ; cùm
inter effusos obviā cives PAULUM
confexit signo Crucis contra minas
improbas se armantem. Primum igitur
impetum Tyrannus in hunc fecit, suspen-
sumque cædi atrociter imperavit. Inte-
re a soror PAULI adest IULIANA ge-
minâ planè virtute, & iisdem armis in
hostem armata. Ea verbis pro innocen-
tiâ germani pugnans acriter in tyrannum
inveitur. At hic eodem supplicio jubet
affligi. Sed aërem verberabant carnifices.
Hinc in liquatam flammis picem mit-
tuntur ; sed ingressos Bajas crederes.
Mox in sellas imponuntur ab igne sub-
jecto ardentes ; sed illi inter peccatas has
verè otiosi assiduebant. Ergo in carcerem
compinguntur fame longâ expugnandi.
Sed ecce nocte intempestâ Angelus ad-
est & expeditis è vinculis epulum trium-
phale struit. Ab hoc veteres iterum pu-
gnas pugnant, inter viperas incolumes,
inter omnia tormenta salvi. Illud Iu-
LIANÆ peculiare, è luponari pudorem
salvum

512 VITÆ SANCTORUM. 17. Aug.
ſalvum aſportaffe, Angeli præſidio, qui
luce insolenti, quotquot yim inferre
Virginī meditabantur, omnes excæ-
vit. Reſtituit tamen illa facinus dete-
ſtantibus oculos, & poſt vičtos iterum
ignes gladio cæſa novo more & ſpecta-
culo nunquam Romæ viſo cum Fratre
foror triumphavit. Ex Metaphr.

Tale viri Christiani Apoſtolum voluit eſſe
convivium, ut magis fides Chriſti, quam
prandii ſagina comedatur; & plus reficiat
bominem Dominici nominis frequens in-
vocatio, quam epularum multiplex & ce-
piosa collatio, meliusq; paſcat religio, quam
ſagina. S. Max. hom. 2. de Carn. Hoſt.

S. CLARA DE MONTE FALCO V.
· 17. Auguſti.

C Orculum videre te Cæli puta, quiſ-
quis Cor hoc CLARÆ vides tantâ
verecundiâ Virgunculæ, ut loqui aliter,
quam vultu velato, religionem professo
germano erubuerit, vulnus etiam à
tali oculo timens, quid imò facinus
non niſi lacrymis expiandum rata im-
prudentem in ſomno pedem leſtulo
extuliffe. Huic pudori tuendo noctes
per vigilavit; infandis flammis cilicia
objecit; Cupidinem flagris, virgis &
urticis terruit; hoſtem verò intestinum
ultimâ fame domuit, linguiamque ita
ſienavit, ut vel ſemel tanquam, matris al-
loquen-